illa additio vocetur, ſicut vocabantur Decem. Qui de additione loqui, et declarare poſſint Concilio de re, quam fecerunt. Et ſi non fuerint de Ordine, vel attinentes Conſiliariorum, vel Decem Ordinariorum, qui tunc preſentes reperientur Conſilio, poſſit alterà locutionem ponere Ballottam, et loco mortuorum, et ita abſentium quod non poſſint vocari, eligantur utique totidem, quot defecerint exiſtentibus in Concilio ad electionem predictis omnibus, qui vocandi ſunt. Et declaretur ex nunc, quod ſi ſtrictura Proceſſus, vel ſententiæ, vel actus vel Condemnationis numerum Ballottarum requireret. Ipſi ſuperadditi Conſilio intelligantur ſuperadditi ad ſtricturam, et numerum Ballottarum per rationem, et per rotam. Et ſimiliter ſi per viam gratiæ pergeretur numerus Ballottarum iſtorum ſuperadditorum, intelligatur actus per rationem ad gratiam faciendam ſi per gratiam iri poterint ſine pœna. Et teneantur Capita, qui in illis temporibus eſſent, et non obſervantibus Capitibus, teneantur Conſiliarii, quando de Capibus ſupraſcriptis tractaretur ſub pœna Ducatorum 1000 auri pro quolibet eorum, et privationis omnium Conſiliorum Secretorum in perpetuum obſervare, et exequi per omnia, et ſingula Partem, et Ordinem ſupraſcriptum.

Et in hoc Capu quodlibet eorum Capitum, et quilibet Conſiliarius ſolus poſſit, exequi, facere et adimplere formam ordinis ſupraſcripti ſine aliquo Conſilio. Et ſi contra preſentem ordinem quovis modo fieret non valeat, nec ſervetur id quod factum eſſet. Imo Capita, et Advocatores, qui tunc, et pro tempore fuerint, et ſimiliter Inquiſitores, et quilibet eorum, ſine alio Conſilio tunc, et ſemper eo omni tempore, quo ſibi placuerit, debeant exigere Ducatos 1000. in pecunia numerata, quorum medietas ſit ſua et alia medietas ſit Comunis, a quolibet qui Contrafeciſſet, et a quolibet, qui in illo Conſilio interfuiſſet, et poſuiſſet Ballottam quovis modo, non ſervato Ordine ſupraſcripto, per modum ſupraſcriptum ultra alias pœnas, quæ ſtatutæ fuiſſent in Parte, vel Proceſſu, vel Condemnatione, de qua tractaretur. Et ſi dicta Capita vel Advocatores, vel Inquiſitores forſſe non exigerent dictas pœnas poſſit, et debeat unus eorum tantum, qui tunc eſſet, vel ſuccederet

offitio